Quelle: https://manuscripta.at/?ID=9191
Copyright: Melk, Benediktinerstift

Abscondes eos in abscondito faciei tue
a conturbatione hominum. Protoges
eos in tabernaculo tuo: a contradictio
ne linguarum. Benedictus dñs quoniam
mirificauit misericordiam suam mihi in
uitate munita. Ego autem dixi in ex
cessu mentis mee. Proiectus sum a facie
oculorum tuorum. Ideo exaudisti uocem
orationis mee: dum clamarem ad te.
Diligite dominum omnes sancti eius:
quoniam ueritatem requirit dñs: et re
tribuet habundanter facientibus superbiam.
Viriliter agite et confortetur cor uestrum
omnes qui speratis in dominum. Psalmus

Beati quorum remisse sunt iniquita
tes: et quorum tecta sunt peccata.
Beatus uir cui non imputauit
dñs peccatum: nec est in spiritu eius dolus.
Quoniam tacui inueterauerunt ossa mea: